



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. XLIV. Pictura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

judicium petitorium, quia sic petitur id quod nostrum est seu nobis debetur. Conf. Brunmann. in Process. Civil. cap. 1. n. 42. seqq. ita ergo non solum qui rem vindicat, judicium petitorium intentasse dicitur, sed etiam qui agit de jure pignoris, servitutis & simili, dem das Eigenthumb oder die Erb- & Gerechtigkeitsständig ist. Carpzov. in Process. Tit. 1. art. 5. §. 1.

XV.

Petitorium judicium non intentandum, priusquam finiat possessorium, Carpzov. L. 1. Resp. 75. n. 1. 3.

XVI.

Petitorium ac possessorium coram eodem iudice terminari debet. Carpz. Process. Jur. Tit. 3. art. 5. n. 10. Petr. Frid. Mindan. de contin. Caus. cap. 5. n. 38. & 39. Andr. Gail. Lib. 1. obs. 32. n. 11. Felin. in cap. ult. n. 8. X. de Judic.

XVII.

Possessorium acquirendæ & recuperandæ possessionis cum petitorio cumulari potest. l. 18. §. 1. de vi & vi arm. non verò possessorium retinendæ l. 1. C. de furt. l. 16. C. de inoff. testam. l. 188. de R. J. cap. sollicit. de appellat. L. un. C. de alien. judic. mutand. quia in contrario supposito se fundaret actor: nam in possessorio retinendæ præten dit se possidere, in petitorio præten dit adversarium possidere, unde clarum est ex §. 2. Inst. de act. quod ei, qui possidet, prodita non sit actio, per quam dicat, rem suam esse. Fmzck. Ex 14. q. 1.

XVIII.

Petitorium rogans possessorio renunciat, l. 6. §. fin. ff. de acquir. possess. Mev. P. 2. Dec. 354. n. 2.

CAP. XLIII.
De Physiognomiâ.

Axioma I.

Mala Physiognomia malam arguit naturam. Bald. in Comm. ad l. 2. C. quor. appellat. non recip. Exempla refert Paris de Putco de Syndicatu sub voc. tortus. C. 3. n. 26. Bis, inquit, feci judicium per Physiognomiam: quia cum quidam fuisset inculpatus de venenatione & esset carceratus, & veniret coram me ad respondendum super inquisitione, eo viso judicavi per præsentiam quod esset innocens, & ita fuit postea repertum, famulus enim ipsius fecerat. Item inter plures de furto inculpatus judicavi, quod unus illorum, qui erat pessima Physiognomie, furtum commiserit & non ceteri, & ita repertum fuit per inquisitionem.

Limita: conjectura talis non necessaria, sed saltem probabilis est. Et malam quidem naturam in genere probat, non autem in specie aliquod delictum: proinde sola physiognomia ad torturam non sufficit, ne quidem ad terminationem. Carpz. Pract. Crim. P. 3. q. 120. n. 79. seq. Bocser. de Quæst. & Tort. C. 3. n. 78. Zanger. de quæst. & Tort. Cap. 2. n. 35.

II.

Bona corporis figura bonæ mentis est argumentum, Menach. de arbit. Jud. quæst. cas. 226. n. 5. Ceval. Commun. contra commun. quæst. 248. n. 13. Et in pulchro corpore pulchra residet anima. Barbof. de offic. & potest. Episc. P. 2. alleg. 42. n. 5.

CAP. XLIV.
Pictura.

Axioma I.

Pictura Idiotis est pro lectione, cap. perlatum 27. & seq. de consecrat. distinct. 3.

II.

Operæ pictoriæ sunt operæ fabriles, l. 26. §. 12. vers. sed si non operæ. ff. de cond. indeb. nisi animi tantum causa artem pictoriam exercent. l. 8. C. de Medic. l. ult. C. de excus. artif. Schoenborn. lib. 3. polit. c. 5. Tiraq. de Nobilit. cap. 34. n. 2. Nolden. de stat. Nobil. cap. 17. num. 102.

CAP. XLV.

Pia causa, pietas, pius
ulus.

Axioma I.

Pia causa cum dispositione inter liberos procedit à pari, Alexand. conf. 4. vol. 7. habetur enim monasterium loco filii. Aub. de sanct. Episc. §. sed hoc de præsent. gloss. in l. si ita quis. §. ea lege. de V. O. Bart. in l. habet. Cod. de SS. Eccles. Cravett. conf. 152. Circa testamentum. inque relictis ad pias causas magis æquitas & jus poli, quam rigor juris civilis inspicitur. cap. cum esset relatum 10. cap. relatum 11. cap. filius 15. de testam. Bart. in d. l. habet. C. de SS. Eccles. Ideoque inquit Baldus in l. consulta. Cod. de testam. quod nullus casus de mero rigore juris evenire possit, qui executionem relictis ad pias causas impediatur, per cap. nos quidem 3. extr. de testam. cum pro talibus relictis officium iudicis & mera æquitas sufficiat, l. hereditas 50. ff. de perit. hered. l. Quintus 7. §. Pomponius 1. de annuis legat. imò majorem sæpe favorem esse piæ causæ, quam liberorum, tradit Pantschm. 2. quæst. art. 6. n. 20. Ubi tamen declarat, quando scilicet non agitur de legitima liberis jure naturali debita, per ea, quæ habent Felin. in cap. in præsentia. de probat. Julius Clarus 3. sentent. §. testamentum. quæst. 6. vers. 5. & quæst. 8. vers. fin. Ferdinandus Valsqv. 3. de success. creat. progress. & resolut. §. 22. limit. 12. n. 17.

II.

Pia causa æquiparatur cum causa miserabilium personarum, l. 1. & ibi Bart. quand. Imp. int. pupill. & vid. cap. ex parte 15. de for. comp. Decian. conf. 1. n. 48. vol. 3. per l. orphanotrophos 30. l. si quis ad declinandum 38. Cod. de Episcop. & Cleric. & quod ejusmodi legata dicantur pia, tradit Speculat. in §. 13. n. 62. de instrument. edit. & post eum Aretinus consil. 12. numero 3.

III.

Piæ causæ legatum æquiparatur cum legato libertatis, l. cum quæst. 20. §. sed si quis 9. de fidei-